



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Vouet sollenniter cum Sociis. 118

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

lescētibus eodem adlectis, (quos inter & ego me esse memini) ad septē vrbis Tempia visere. 118 Ibi in S. Pauli æde operatus, sollemnem votorum formulam socijs præit: iisdem porro consequētibus, Eucharistiam imperit. Interim exuberare lacrimis omnium ora, & præ gaudio vix se ipsi capere, dum gratas Numini gratias identidem agūt: cuius cōsilio res cepta, euētum habuisset. Obtestati, vt æternos sibi posterisq; successus secundaret. Ita ab eo die cepit & institutis suis Societas, & capite valere.

Inito Magistratu, nihil cunctatus est optimi parentis munere fungi. Primum omnium habuit in diem posterum diluculo surgere, atq; viritim omnes excitare: rem præsidi necessariam ratus, vigiliis: & posse illius exemplo etiam reliquos facile expergisci, atque ad suos quemque labores adigi.

adigi. Tum deinde, ut quanto maximè alios prestabat, tanto vilissimus appareret, sum sibi in culina curare: & per dies complusculos pro mediastino facere, quidquid vix tironè, sui vincendi causa, decuisset. 119 Post etiã perrexit Christianæ rei elemèta pueris tradere, diebus cõtinuis XLVI. 120 Et quamuis, homo Hispanus, haud satis pro Italo, neque concinnè diserebat: is tamen emicabat oris ardor, ineratque linguæ vis tanta, ut auditores oppido commoti, mox damnatis noxiis ad sacerdotum pedes abijcerentur: ac subinde inter eluctantes gemitus, animæque singultientis lamenta, loquendi copiam egrè inuenirent. Quam ego rem non ambiguis testibus compertam, oculis meis habui arbitrari: quippe qui admodum adolescens quotidie solitabam, quicquid

qu
ter
ra
na
bu
ce
sua
ing
ing
fer
ad
fla
po
fac
fo
on
sec
na
cia
Ita
ac
qu
So
te